

et magistratus amplitudinem cum summa ^(a) gessisti moderatione, et
privatus ita moderationem adhibuisti ut dignitatem tuam amplissime
tueris. neque enim supercilium magistratus ^(b) quanvis egregii
de tua solita benignitate detrahere quicquam potuit, et tu post eum
5 depositum ita dignitatem servasti ut magis ex te accessisse illi splen-
dorem quam tu inde sumpsisse videaris. itaque nescio ne magis ^(c)
te illi mirentur an ament, quod in utroque propemodum equales
eis occasiones prebuisti. ego vero qui vir essem, dum publicum
munus ageres, non satis ipse dignoscere potui, quoniam paucis post
10 diebus quam hac accessi magistratum te deponere contigit. in ha-
bitu vero privato qui sis, abunde michi, brevi licet tempore, perspe-
ctus es. cuius conversatione sum ita affectus ut vix usquam maiore
cum fructu, nusquam certe maiore cum voluptate esse potuisse.
nam ut quotidianis tuis moribus gravitas plurima inerat, ita erat in
15 omni sermone festivitas ^(d) eratque ex adverso, ut omnis sermo ma-
turus, ita et modus gestusque in omni conversatione iocundus. sed
et peritia litterarum tanta, ut de plurimis maximisque rebus doce et
dicere et conferre posses ^(e), tantumque studium doctrinarum ut de
nulla re malles quam de litteris disciplinisque conferre. quamo-
20 brem non potui michi videri per hoc tempus a studiis abfuisse
quando tali comite participeque studiorum uti licuisset. hec autem
efficiebant ut non esset michi molesta ^(f) huius loci diuturnior mora,
in quo, tametsi sum editus, semper tamen vel exiguum molestis-
sime ferre soleo. ab infantia enim inter studia litterarum enu-
25 trito insuavis est michi omnis preterquam cum doctis hominibus ^(g)
conversatio. itaque qua die hinc abiisti, ea mihi visus sum primum
ipse venisse, unde et quam primum abire cupio. nam, ut te pre-
sente nulla poterat esse longior manendi mora, ita nec absente te
ulla poterit satis videri brevis. vale ^(h). Iustinopoli.

gli hanno pro-
curati presso i Capo-
distriani.

Se a lui mancò
l'occasione di co-
noscere l'opera del
magistrato, uscito
di carica pochi di
dopo il suo ritorno
in patria, ebbe però
occasione di ammi-
rarne il carattere,
conversando seco
lui;

sicché in tale com-
pagnia una lunga
dimora a Capo-
distria non gli riu-
sciva molesta.

Ora invece, par-
tito il Soranzo, è
impaziente di an-
darsene.

(a) *Ra* cura summa (b) *Ra* super alium magistratus (c) *Br* ³ *R* nescio magis
Ra ponere (d) *R* festivitas. ex (e) *R* possis (f) *P M c. 115 b in marg.: »Quartus
codex habet molesta et bene».* *B P R Ra* molestia (g) *R om. hominibus* (h) *B B* ³ *P Ra
om.* Vale *R* Vale Iustinopoli kalendis maiis 1412

Storia della Cultura cit., p. 258. Un
suo nipote, Daniele di Moise Soranzo,
era presente con il Nostro ad una crea-

zione di notaio a Padova il 18 otto-
bre 1394. A Remigio è diretta pure
l'epist. LXXVI.